

Tuamensis, in Hibernia, Epp. 4.
 Turonensis, in Gallia, Epp. 11.
 Turritanus, in Sardinia, Epp. 3.
 Tyannensis, in Cappadocia 2^a, Epp. 6.
 Tyrius, in Phoenicia maritima, Epp. 14.
 Valentinus, in Hispania, Epp. 3.
 Vesontinus, in Burgundia, Epp. 3.
 Viennensis, in Austria, Epp. 2.
 Viennensis, in Delphinatu, Epp. 5.
 Ulyssiponensis, in Lusitania, Epp. 7.
 Upsalensis, in Suecia, Epp. 6.
 Urbinas, in Ducatu cognomine, Epp. 6.
 Uscopiensis, in Dardania, Epp. 4.
 Utinensis, in Foro Julii, Epp. sub Patriarcha Aquileiensi Venetos.

127. *Respondeo IV.* Episcopos *Exemptos*, quos Graeci *ἀυτοκεφάλους* dicunt, iuxta præcedentem formam adjicimus, omissis plurimis Italiae Episcopis, qui quamvis immediate subjecti sint summo Pontifici, ab ejus tamen Archiepiscopali potestate haud sunt immunes. Priores vero sunt:

Adriensis, in Aprutio.
 Aniciensis, in Velaunis.
 Aquilanus, in Regno Neapolitano.
 Aquinas, in Terra Laboris.
 Bambergensis, in Germania.
 Bisignianensis, in Calabria citeriore.
 Caminensis, in Pomerania.
 Cortonensis, in Hetruria.
 Eugubinus, in Ducatu Urbinato.
 Fundanus, in Terra Laboris.
 Labacensis, in Carniola.
 Legionensis, in Hispania.
 Lucensis, in Hetruria.
 Mantuanus, in Ducatu cognomine.
 Mauronius, in Rhodope.
 Melphiensis, in Apulia.
 Miletius, in Caria.
 Militensis, in Calabria.
 Misniensis, in Saxonia.
 Misthiensis, in Lycaonia.
 Monopolitanus, in Bario Regni Neapol.
 Montis Politiani, in Hetruria.
 Myxæus, in Rhodope.
 Odessius, in Mæsia secunda.
 Ovietensis, in Hispania.
 Passaviensis, in Germania.
 Pientinus, in Hetruria.
 Pompeiopolitanus, in Paphlagonia.
 Rapollanus, in Basilicata Reg. Neap.

Ratisbonensis, in Germania.
 Ravellensis, in Principatu citeriore.
 Salutianus, in Pedemontio.
 Sarzanensis, in Hetruria.
 Selganus, in Pamphylia.
 Selymbrianus, in Thracia Europæa.
 Soranus, in Terra Laboris.
 Tempsanus, in Calabria citeriori.
 Tergestinus, in Istria.
 Ticinensis, in Ducatu Mediolanensi.
 Tornobius, in Bulgaria.
 Tridentinus, in Tyroli.
 Triventinus, in Principatu ulteriore.
 Trojanus, in Capitanata.
 Varmiensis, in Prussia Polonica.
 Volaterranus, in Hetruria.
 Vratislaviensis, in Silesia (1).

Observa. Præter Episcopos pro diversis Episcopatus gradibus imperio actuali in determinatam Ecclesiam fruente, de quibus hactenus loquebamur, commemorandi veniunt *Titulares*, qui subditos proprios non habent, quamvis nomen ac titulum ab Ecclesia olim florente gerant; unde et Præsules in partibus infidelium audiunt. Sunt autem vel *Regionarii et Apostolici*, qui quaquaversum destinati, ubicumque se occasio præbuerit, exercendo Episcopali munere apud infideles occupantur; vel *Vicarii*, qui certe fidelium Diœcesi addicti, si quidem præcise vices Episcopi impediti in Pontificalibus gerunt, jam *Suffraganei*; si præterea successores futuri sunt Episcopi viventis, *Coadjutores* appellantur. Quoniam vero vel nullam vel necdum suam Ecclesiam possident, de illis præter hanc notitiam addere alia institutum nostrum haud exigit.

CAPUT II.

DE CONCILII ECCLESIASTICIS.

128. Concilium latine, Synodus græce, idem est, ac plurium in unum locum, alicujus rei tractandæ gratia, conventus. A Personis tractantibus æque ac Rebus tractandis, aliud civile est ac politicum, aliud Ecclesiasticum. Posterior species præsentis capitis est argumentum; in quo præmissis, quæ ad Concilia universim spectant, de œcumenici concilii conditionibus agetur, adjecta simul brevi quadam celebratorum Conciliorum notitia.

† (1) Hic alias quasdam metropolitanas sedes adjicimus quas novissime Pius VII, Gregorius XVI et Pius IX instituerunt, in Oceania Sydneynensem, in Russia Mohiloviensem, in America Baltimoreensem, Cincinnatiensem, Neo-Aurelianensem, Neo-Eboracensem, Oregoniensem, Sancti-Ludovici, Quebecensem, ac tandem in Anglia Westmonasteriensem.

ARTICULUS I.

Quænam ea sint, quæ ad notionem Conciliorum Ecclesiasticorum universim faciunt.

Nota. Sicut sub regni aut provinciæ comitiis, non quilibet, sed optimatum, conventus intelliguntur, sic et Conciliorum Ecclesiæ nomine accipi congregationem Prælatorum, jam Conc. Chalcedonense declaravit. Restricti ad hanc acceptionem Concilii quænam sit definitio, quæ divisio, quæ qualitas et alia adjuncta, quaeritur in præsens; ut ex datis responsis notio Conciliorum Ecclesiasticorum cognoscatur.

129. *Dico I.* Concilium Ecclesiasticum definiiri potest legitimus conventus Prælatorum Ecclesiæ; ad ordinandas rationes Ecclesiæ publicas institutus. Dicitur

I. *Conventus legitimus*; quia illegitimus conciliabulum aut conventiculum appellatur: *Legitimi* autem ratio habetur a debitis conditionibus convocationis, celebrationis et confirmationis.

II. *Prælatorum Ecclesiæ*; quo nomine, si proprietas attendatur, designantur soli Episcopi, utpote qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei: si ratio conciliaribus speciebus univoca postuletur, Ecclesiastici Episcopis etiam minores intelliguntur.

III. *Ad rationes Ecclesiæ publicas*; quæ scilicet pertinent ad fidem, vel ritus ac caeremonias Sacrorum, ad pacem et disciplinam Ecclesiæ, ad mores usumque fidelium.

IV. *Ad ordinandas etc. institutus*; quibus verbis agendi ratio exprimitur. Constat autem illa imprimis Concilii ipsius constitutione; dein materiæ ordinandæ selectu et propositione; tum momentorum ponderatione ac deliberatione; demum ipsa ordinatione, quæ si dogmatica est, nomine *symboli*; *decreti*, *definitionis*, *sententiæ* expressa legitur; si moralis, communiter *canon* appellatur. Tridentinum tamen, nec sine exemplo, res fidei *canonibus*, res disciplinæ *decretis*, utramque doctrinam *capitibus* ordinavit.

130. *Dico II.* Concilium Ecclesiasticum dividitur universim in generale et particulare. *Generale* representat universam Ecclesiam; atque hinc ex etymo nominis dicitur etiam *plenarium* et *universale* absolute, item *œcumenicum*: quæ tamen postrema appellatio, in sensu Canonum, insuper legitimum, approbatum et receptum exprimit. *Particulare* partem duntaxat Ecclesiæ universalis representat. Utrumque subdividitur; et quidem

I. *Generale* aliud est generale actione, aliud generale acceptione. *Generale actione* pollere debet conditionibus tum conventui legitimo communibus, tum generali propriis. Hujusmodi sunt ex parte *convocationis*, ut illa sit facta a summo Pontifice, vel saltem ejusdem auctoritate aut consensu aut ratificatione; ut directa sit ad omnes totius orbis Episcopos, qui in unione sunt cum Ecclesia; ut adepta sit effectum, et Episcopi vel per se vel per procuratores convenerint numero notabili nationum et provinciarum potius, quam personarum: ex parte *celebrationis*, ut congregatio non sit acéphala, sed unita

capiti suo summo Pontifici, saltem per legatos præsidenti; ut deliberatio sit libera ac sine vi meturve, prudens item ac sine levitate aut tumultu; ut decisio sit conciliaris, et communi eorum, qui jus definiendi habent, suffragio: ex parte *confirmationis*, ut subscribant congregati, Episcopi quidem definites, Theologi autem, Jurisconsulti ac Principes consentientes; ut summus Pontifex acta Concilii rata habeat, vel accedendo, vel sententiam ferendo; ut idem Concilii constitutiones tenendas observandas promulget.

Generale acceptione est, quod defectu quidem legitimæ convocationis, aut celebrationis, aut confirmationis, aliquo laborat, sed communi Ecclesiæ universalis consensu tanquam generale ac legitimum recipitur; sive demum consensus iste sit *expressus*, seu verbis disertis declaratus, sive *interpretativus*, seu facto aliquo aut indicio proditus: modo utrinque verus ac certus reipsa existat.

II. *Particulare* pro ratione partis Ecclesiæ representatæ aliud est nationale, aliud provinciale, aliud diocesanum. *Nationale* aut *Primate* a præsidibus nempe vel Patriarcha vel Primate: qualia sunt Africana, Hispanica, Gallicæ etc. *Provinciale*, quod conflant plures Episcopi unius provinciæ, complectentis dioceses plures; vocaturque nonnunquam *metropoliticum* vel *Archiepiscopale*, rursus a suo præside; qualia sunt Moguntina, Coloniensia etc.

Diocesanum, quod unius tantum diocesis Episcopus cum suo Clero celebrat; dicitur inde *Episcopale*, et a Canonibus speciatim, aut simpliciter *Synodus*. Sicut priora duo subinde plenarium et universale vocantur, sed respective tantum et determinatam nationem vel provinciam accipiendo: sic et posterius Concilii nomen retinet, sed ex dictis improprie; cum, dempto Præside, ordinarie nullus in eo polleat jure dicendi sententiam. Occurrunt tamen tum Diocæsana, tum Provincialia Concilia, quæ Episcopos plures aut ex aliena provincia adlectos numerabant; qualia a BENEDICTO XIV. L. 1. c. 1. de Syn. Diocæsana proferuntur, et hinc *mixta* compellantur.

131. *Dico III.* Qualitas Concilii Ecclesiastici auctoritatem, utilitatem et necessitatem complectitur. Ex his

I. *Auctoritas* Concilii *substantialis* tanta est, quanta est Ecclesiæ, quam Concilium representat; ideoque generalis, sive ex actione sive ex acceptione talis Concilii auctoritas maxima est et irrefragabilis, ut infra pluribus ostendetur: *accidentalis* mensuratur a sanctitate et doctrina Patrum; prudentiæque et reliquis dotibus actionis; his vero paribus, a numero et dignitate Ecclesiarum crescit: unde Nationale præfertur Provinciali et hoc Diocæsano.

II. *Utilitas* ex usu dignoscitur: cum Concilia pleraque vel ad hæreses extirpandas, vel ad schismata tollenda, vel ad abusos eliminandos, vel ad disciplinam restituendam, vel ad ritus et caeremonias ordinandas sint adhibita; atque hos sæpius fines promptius, suavius et efficacius obtinuerint.

III. *Necessitas* Conciliorum, præsertim generalium, *absoluta* nulla est: cum Ecclesia etiam dispersa aut per summum Pontificem loquens sit infallibilis; præterea sine illis per tria priora secula rite gubernata fuerit, licet multæ hæreses, schismata, vitia et abusos contra eam insurgerent. Est tamen aliquorum et *secundum quid*; tum quia conciliaris actio videtur medium ordinarium pro finiendis causis majoribus constitutum, nec sine illa Summus

Pontifex de his sententiam ferre; cum Romanæ Cardinalium et Episcoporum congregationes quamdam Conciliorum speciem referant: tum quia necessitatem aliquam ac moralem et utilitas memorata, et Apostolorum, quantumvis Deo plenorum, exemplum satis declarat.

132. *Dico IV.* Inter adjuncta Concilii Ecclesiastici adnotari merentur institutio, usus, acta, locus, tempus. Et quidem

I. *Institutionem* humana majorem probat tum Apostolorum factum, quo plura Hierosolymæ alibique Concilia celebrarunt, et in illius Act. 15. coacti definitione edixerunt: « Visum est Spiritui sancto et nobis»: tum argumentum a minori ad majus ex verbis Christi, Matth. 18. v. 20. deductum a Cœlestino I. in ep. ad Synod. Ephesinam, et a Conc. Chalcedonensi Act. 10. in relat. ad Leonem: tum Ecclesiæ Christi paritas cum Synagoga, in qua ex Num. 11. v. 16. et Deuter. 17. v. 8. ordinatione divina institutum Synedrion novimus.

II. *Usus* Conciliorum non tantum plurimis præceptis, Dist. 18. in Dec. Gratiani relatis, et in Trid. Sess. 24. c. 2. renovatis, est imperatus, sed per secula omnia celebratione sive generalium sive particularium observatus; olim quidem frequentior, nunc autem ob impedimenta varia rarior.

III. *Acta* Conciliorum, si stricte sumantur et ipsius congregationis gesta respiciant, legimus divisa subinde in *actiones*, aliquando in *collationes*, frequentius in *sessiones*: si latius usurpentur, etiam instrumenta varii generis, ante vel post Concilii celebrationem facta, comprehendunt.

IV. *Locus* Conciliorum *mediatus*, a quo et compellationem pleraque nacta sunt, urbs plerumque fuerat Episcopalis: *immediatus* autem vel Ecclesia, vel palatium, sive Episcopale sive Principale, aut adhærens alterutri porticus; quarum aliæ a destinatione negotii *secretarium*, aliæ a lacunaris concameratione *Trullus* compellatæ notantur.

V. *Tempus* aliud erat *fixum* et definitum; pro Diœcesanis et Provincialibus olim quidem semestre, vel mense Martio et Octobri, vel æstivo et hiemali tempore; postmodum pro primis annuum, pro secundis triennale; pro generali etiam quinquennale a Constantiensi determinatum: aliud ex *data occasione* captum, generalia omnia, ac bene multa provincialia Concilia protulit.

133. *Observa.* Restat Conciliorum divisio gemina; altera quæ sumitur ab auctoribus, unde alia Apostolorum, alia Patrum numerantur: altera a confirmatoribus, unde alia approbata et recepta, alia reprobata, alia partim approbata partim reprobata, alia neque approbata neque reprobata. Quoniam vero Apostolica recensentur nonnisi quinque, scilicet 1^{um} pro electione Mathiæ, 2^{um} pro electione Diaconorum, 3^{um} pro missione Petri et Joannis Samariam, 4^{um} pro editione Symboli, 5^{um} pro determinanda cessatione legalium, reliqua autem omnia sunt Patrum, hæc adnotasse sufficet: divisionis alterius, ubi necesse fuerit, rationem habebimus, præsertim in enarratione Conciliorum generalium et recensione canonum.

QUÆRES I. Quot et quænam Concilia Ecclesiastica fuerint celebrata?

134. *Nota.* Præter summaria Conciliorum omnium collectiones Bartholomæi Carranzæ, Gasparis Contarini Card. Sagittarii, Francisci Longi a Coriolano, Ludovici Bail et Synopsin Philippi Labbæi ac tabulas Ludovici du Pin, ampliores adornarunt Jacobus Merlinus, Petrus Grabbe, Franciscus Joverius, Laurentius Surius, Dominicus Nicolin, Severinus Binius, Anonymus tum Romanæ tum Luparensis editionis auctor, Philippus Labbæus et Petrus Cossartius; quorum postremam amplissimam locupletavit primum Joannes Harduinus, auxit dein Nicolaus Colletus, demum Joannes Dominicus Mansi sex tomis adjectis cumulavit, nunc vero in ordinanda collectione maxima prælo jam Florentiæ laborante occupatur. Ex his non quidem omnia, sed præcipua Concilia enumeraturi imprimis Chronologicum ordinem secundum HARDUINI tabulas in plerisque servabimus, causam indicabimus, decreta vel canones numerabimus, si reprobatum fuerit, distincto characterem notabimus, annum denique addemus, pro aliqua scilicet notitia Conciliorum particularium; cum de generalibus quæstione sequente argumenta etiam actorum breviter enarrare mentis simus.

135. *Respondeo.* Concilia, quæ decreta vel canones ediderunt, celebrata fuerunt:

SECCLO I.

Apostolicum de edendo symbolo; *Loco et anno incerto.*
Hierosolymitanum decernit cessationem legalium, edit Canones de sanguine, suffocato, et fornicatione; *anno incerto.*

SECCLO II.

| | |
|---|----------|
| Hierapolitanum damnat Montanum. | An. 170. |
| Romanum de celebrando Paschate. | 196. |
| Ephesinum de eodem. | 196. |
| Palestinum, consentiens Romano. | 196. |
| Romanum, contra Quartodecimanos. | 197. |
| Cæsareense in Palestina, contra eosdem. | 197. |
| Lugdunense, pro pace retinenda. | 197. |

SECCLO III.

| | |
|---|------|
| Carthaginense I. sub Agrippino pro hæreticis rebaptizandis. | 215. |
| Carthaginense II. sub Agrippino, Can. ne Clericus sit tutor. | 217. |
| Alexandrinum ob Origenis mutilationem. | 231. |
| Iconiense et Synnadense pro rebaptizandis hæreticis. | 235. |
| Romanum, in causa Origenis. | 237. |
| Lambesitanum damnat Privatam hæreticum. | 240. |
| Bostrenum contra Berylli errores. | 243. |
| Romanum ejicit Novatianum. | 251. |
| Carthaginense I. sub Cypriano contra Felicissimum Schismaticum. | 251. |

| | |
|--|----------------|
| Antiochenum contra Novatianum. | An. 252. |
| Carthagin. II. sub Cypriano contra Privatam, Novatianum, Felicissimum. | 252. |
| Carthag. III. sub Cypriano de lapsis et baptismo infantum. | 253. |
| Carthag. IV. sub Cypriano contra Episcopos Libellaticos. | 254. |
| Carthag. V. VI. VII. sub Cypriano pro rebaptismo. | 254. 255. |
| Romanum contra rebaptismum. | 256. |
| Antiochenum I. II. III. contra Paulum Samosatenum. | 265. 268. 269. |

SECULO IV.

| | |
|--|------|
| Sinuessanum de lapsu Marcellini <i>factum</i> . | 303. |
| Cirtense recipit Traditores. | 305. |
| Alexandrinum deponit Meletium. | 306. |
| Carthaginense deponit Cæcilianum, dat initium Schismati Donatistarum. | 311. |
| Carthaginense decernit oppositum priori. | 312. |
| Romanum confirmat posterius. | 313. |
| Eliberitanum, Can. 81. pœnitentiales. | 313. |
| Arelatense judicat causam Cæciliani; Can. 22. edit. | 314. |
| Ancyranum Can. 24. partim pœnitentiales. | 315. |
| Neocæsareense Can. 14. | 315. |
| Alexandrinum sub Alexandro damnat Arium. | 321. |
| Bithynia pro Ario. | 323. |
| Alexandrinum sub Alexandro damnat Arium. | 324. |
| Nicænum I. in Bithynia, OECUMENICUM I. | 325. |
| Antiochenum Arianorum. | 329. |
| Gangrense, Can. 20. partim dogmaticos contra Eustathium, inter an. 325 et 341. | 330. |
| Alexandrinum damnat Ischyram. | 330. |
| Carthaginense Donatistarum pro Traditoribus. | 333. |
| Cæsareense contra Athanasium. | 334. |
| Tyrium deponit Athanasium. | 335. |
| Constantinopolitanum Arianorum contra Marcellum Ancyranum. | 336. |
| Alexandrinum pro Athanasio. | 340. |
| Antiochenum Symbola 3. Can. 25. | 341. |
| Romanum recipit Athanasium et Marcellum Ancyranum. | 342. |
| Oriente Arianorum, Symbol. prolixius. | 344. |
| Coloniense damnat Euphratam hæres. <i>dubium</i> . | 346. |
| Sardicense GENERALE. | 347. |
| Philippopolitanum Arianorum e Sardicensi profugorum. | ead. |
| Mediolanense, deponit Photinum. | ead. |
| Carthaginense reconciliat Donatistas, Can. 14. | 348. |
| Hierosolymitanum restituit Athanasium. | ead. |
| Sirmiense, Occidentalium damnat Photinum. | 349. |
| Alexandrina Athanasii restituti. | 350. |
| Sirmiense Orientalium contra Photinum. | 351. |
| Arelatense contra defensores Athanasii. | 353. |
| Mediolanense, causa exilii Liberii. | 355. |
| Biterrense pellit S. Hilarium. | 356. |
| Sirmiense Occidentalium Anomæorum edit formulam. | 357. |
| Ancyranum Semiarianum illam damnat Anathem. 12. | 358. |

| | |
|--|----------|
| Sirmiense adoptat formulam Marci Arethusii. | An. 359. |
| Ariminense vi et fraude desinit in conciliabulum. | 359. |
| Nicænum in Thracia rescindit bene gesta Arimini. | 359. |
| Seleuciense Semiarianum damnat Acacianos. | 359. |
| Constantinopolitanum Acacianum vices reddit Semiarianis. | ead. |
| Parisiense damnat formulam Ariminensis. | 360. |
| Alexandrinum contra Pneumatomachos, Apollinaristas, et Meletianos. | 362. |
| Alexandrinum offert Joviniano Symbol. Nicænum. | 363. |
| Antiochenum idem præstat. | ead. |
| Romanum recipit resipiscentes. | 366. |
| Siculum et Tyanense pro formula Nicæna. | 367. |
| Romanum excommunicat Valentem et Ursacium. | 369. |
| Alexandrinum probat factum. | 370. |
| Laodicense, Can. 60. | ead. |
| Romanum excommunicat Auxentium. | 372. |
| Illyricianum profitetur Trinitatem consubstantialem. | 374. |
| Antiochenum concinit præcedenti. | ead. |
| Valentinum, in Delphinatu, Can. 4. | ead. |
| Iceniense tuctur divinitatem Spiritus S. | 377. |
| Romanum de Ursicino Antipapa. | 378. |
| Romanum damnat hæreses diversas. | 379. |
| Cæsaraugustanum, damnat Priscillianistas, Can. 8. | 380. |
| Constantinopolitanum I. OECUMENICUM II. | 381. |
| Aquileiense contra Palladium et Secundianum hæres. | ead. |
| Sidense damnat Messalianos. | 384. |
| Burdigalense, contra Priscillianistas. | 385. |
| Romanum damnat Jovinianum. | 390. |
| Carthaginense, Can. 13. | ead. |
| Mediolanense contra Jovinianum. | ead. |
| Hipponense sub Aurelio I., Can. 41. | 393. |
| Taurinense, Can. 8. | 395. |
| Carthaginense sub Aurelio III., Can. 50. | 397. |
| Carthaginense sub Aurelio IV., Can. 104. | 398. |
| Alexandrinum et Cyprium contra Origenem. | 399. |
| Toletanum, decr. 18. contra Priscillianist., Can. 20. | 400. |

SECULO V.

| | |
|---|-----------|
| Carthaginense sub Aurelio VI., Can. 15. | 401. |
| Milevitanum sub Aurelio VII., Can. 5. | 402. |
| Ad Quercum in causa S. Chrysostomi. | 403. |
| Carthaginensia sub Aurelio VIII. usque XIV., Can. plures. | 403. 410. |
| Carthaginensis collatio inter Catholicos et Donatistas. | 411. |
| Bracarense, professionem fidei. | 411. |
| Carthaginense contra Celestium. | 412. |
| Zertense contra calumnias Donatistarum. | ead. |
| Hierosolymitanum in causa Pelagii. | 415. |
| Diospolitatum in eadem causa. | ead. |
| Hierosolymitanum expellit Pelagium. | 416. |

| | |
|--|-------------|
| Carthaginense contra Pelagianos. | An. 416. |
| Milevitanum contra eosdem. | <i>eod.</i> |
| Carthaginense de Celestio respondet Zosimo. | 417. |
| Carthaginense, Decr. 9. contra Pelagian., 10. contra Donatistas. | 418. |
| Carthaginense in causa Appiarii. | 419. |
| Ciliciense damnat Julianum Pelagianum. | 423. |
| Carthaginense circa Appellationes transmarinas. | 423. |
| Constantinopolitanum damnat Messalianos, de ordin. Sisianii. | 426. |
| Alexandrinum in causa S. Cyrilli et Nestorii. | 430. |
| Romanum in causa eadem. | <i>eod.</i> |
| Ephesinum OECUMENICUM III. | 431. |
| Antiochenum pro pace inter Cyrillum et Joan. Antiochen. | 432. |
| Arausicanum, Can. 30. | 441. |
| Vasense, Can. 10. | 442. |
| Arelatense, Can. 7. | <i>eod.</i> |
| Romanum in causa Chelidonii et contra Manichæos. | 444. |
| Hispanum, anathem. 18. contra Priscil., decidit <i>Filioque</i> , Can. 20. | 447. |
| Constantinopolitanum damnat et deponit Eutychem. | 448. |
| Antiochenum, Tyrium, Berytense, in causa Ibæ. | <i>eod.</i> |
| <i>Ephesinum Latrocinium.</i> | 449. |
| Romanum rescindit acta Ephesini. | <i>eod.</i> |
| Constantinopolitanum damnat eadem, profitetur fidem. | 450. |
| Hiberna 2. sub S. Patricio, Can. 63. | <i>eod.</i> |
| Chalcedonense OECUMENICUM IV. | 451. |
| Arelatense, Can. 56. | 452. |
| Andegavense, Can. 12. | 453. |
| Arelatense in causa Fausti Lirinensis. | 453. |
| Constantinopolitanum contra Simoniacos | 459. |
| Turonense, Can. 13. | 461. |
| Veneticum, Can. 16. | 463. |
| Romanum, Can. 5. | <i>eod.</i> |
| Antiochenum deponit Petrum Fullonem. | 472. |
| Arelatense contra Predestinatianos. | 475. |
| Constantinopolitanum damnat Pet. Fullonem et Acacium. | 478. |
| Carthaginense Generale dat Humerico rationem fidei. | 484. |
| Romana contra Fullonem et Acacium. | 484. 485. |
| Romanum de lapsis recipiendis. | 487. |
| Lugdunense recipit Lucidi retractationem. | 490. |
| Romanum, decretum Gelasii de libris. | 494. |
| Romanum contra ambitum in electione Pontificis. | 499. |
| Romanum mitigat Laurentium Antipapam. | 500. |
| SECULO VI. | |
| Romanum, <i>Palmarum</i> , in causa Symmachi. | 501. |
| Romanum de rebus Ecclesiæ conservandis. | 502. |
| Romanum probat apolog. Symmachi et pr. acta. | 503. |
| Romanum contra invasores rerum Ecclesiæ. | 504. |
| Agathense, Can. 71. | 506. |

| | |
|--|-------------|
| Aurelianense, Can. 31. | An. 511. |
| Tarraconense, Can. 13. | 516. |
| Gerundense, Can. 10. | 517. |
| Epaonense, Can. 40. | <i>eod.</i> |
| Lugdunense, Can. 6. | <i>eod.</i> |
| Constantinopolitanum, Tyr. Hierosol. recipit Chalcedonense. | 518. |
| Romanum conciliatur cum Constantinopolitano. | <i>eod.</i> |
| Tornacense, contra Hæret. varios. | 520. |
| Ilerdense, Can. 16. | 524. |
| Valentinum in Hispania, Can. 6. | <i>eod.</i> |
| Arelatense, Can. 4. | <i>eod.</i> |
| Carthaginense renovat plures Canones. | 525. |
| Carpentoratense, Can. 2. | 527. |
| Arausicanum, Decr. 25. contra Semipelagian. | 529. |
| Vasense, Can. 5. | <i>eod.</i> |
| Valentinum in Gallia contra Semipelagianos. | 530. |
| Romanum de appellatione Illyrici Romam. | 531. |
| Toletanum, Can. 5. | <i>eod.</i> |
| Constantinopolitanum, collation. Catholicos inter et Severianos. | 532. |
| Romanum contra Acemetas. | <i>eod.</i> |
| Aurelianense, Can. 21. | 533. |
| Carthaginense, Can. de monasteriis. | 534. |
| Claromontanum, Can. 16. | 535. |
| Constantinopolitanum damnat Acephalos. | 536. |
| Hierosolymitanum idem. | <i>eod.</i> |
| Aurelianense, Can. 38. | 538. |
| Barcinonense, Can. 10. | 540. |
| Aurelianense, Can. 38. | 541. |
| Constantinopolitanum probat edictum Justiniani. | 543. |
| Constantinopolitanum rumpitur per damnationem 3 Capitulum. | 546. |
| Constantinopolitanum, Vigili Judicatum. | 548. |
| Aurelianense, Can. 24. | 549. |
| Arvernense, Can. 16. | <i>eod.</i> |
| Tullense, pro Nicetio Trevirensi. | 550. |
| Mopsuestenum circa tria Capitula. | <i>eod.</i> |
| Constantinopolitanum II. OECUMENICUM V. | 553. |
| Hierosolymitanum et Aquileiense recipit præcedens. | <i>eod.</i> |
| Arelatense, Can. 7. | 554. |
| Parisiense, Can. 10. | 557. |
| Landavensia 3. excommunicant illustres homicidas. | 560. |
| Bracarense, Decr. 17., Can. 22. | 561. |
| Lugdunense, Can. 6. | 567. |
| Turonense, Can. 27. | <i>eod.</i> |
| Lucense in Hispania dividit dioceses. | 569. |
| Bracarense, Can. 10. | 572. |
| Antisiodorensis, diocesanum, Can. 45. | 578. |
| Matisconense, Can. 19. | 581. |
| Lugdunense, Can. 6. | 583. |

| | |
|--|-------------|
| Matisconense, Can. 20. | An. 583. |
| Toletanum, Decr. 23. contra Arianos, Can. 23. | 589. |
| Narbonense, Can. 15. | <i>eod.</i> |
| Hispanum de receptione Generalis V. | 590. |
| Hispalense, Can. 3. | 590. |
| Cæsaraugustanum, Can. 3. | 592. |
| Romanum, Can. 6. | 595. |
| Toletanum, Can. 2. | 597. |
| Barcinonense, Can. 6. | 599. |
| SECULO VII. | |
| Wigornienne de Paschate, Baptismo et Prædicatione. | 601. |
| Romanum pro Monachorum Sacerdotio. | 610. |
| Egarense confirmat Can. 2. Toletani. | 614. |
| Parisiense Gener., Can. 15. | 615. |
| Hispalense, Can. 19. | 619. |
| Matisconense probat regulam S. Columbani. | 627. |
| Toletanum IV., Can. 75., in 1. c. <i>Filioque</i> . | 633. |
| Hierosolymitanum, epist. Sophronii de 2. voluntatibus. | 634. |
| Toletanum IX. pro auctoritate Regia. | 636. |
| Toletanum, Can. 19. | 638. |
| <i>Constantinopolitanum confirmat Ecthesin Heraclii.</i> | 639. |
| Romanum damnat eandem. | 640. |
| Cabillonense, Can. 20. cum profess. fidei. | 644. |
| Africana aliquot contra Monothelitas. | 646. |
| Toletanum, Can. 6. | <i>eod.</i> |
| Romanum damnat Paulum et Pyrrhum. | 648. |
| Lateranense sub Martino damnat Monothelitas. | 649. |
| Toletanum, Can. 12. | 653. |
| Toletanum, Can. 17. | 655. |
| Toletanum, Can. 7. | 656. |
| Augustodunense, Can. 15. | 663. |
| Pharensis collatio de Paschate et rebus Eccles. | 664. |
| Emeritense, Can. 23. | 666. |
| Herfordiense, Can. 10. | 673. |
| Toletanum, Can. 16. | 675. |
| Bracarense, Can. 2. | <i>eod.</i> |
| Hudfeldicum recipit 5 Concilia generalia. | 679. |
| Romanum de rebus Ecclesie Britannie. | <i>eod.</i> |
| Mediolanense et Romanum contra Monothelitas. | 680. |
| Constantinopolitanum III. OECUMENICUM VI. | 680. |
| Toletanum, Can. 13. | 681. |
| Toletanum, Can. totidem. | 683. |
| Toletanum recipit Gener. VI. et Can. 12. | 684. |
| Toletanum XV. explicat 3 substantias in Christo. | 688. |
| Cæsaraugustanum, Can. 5. | 691. |
| <i>Trullanum seu Quinisextum, Can. 102.</i> | 692. |
| Toletanum, Can. 10. | 693. |
| Becanceldense de immunitate Ecclesie. | 694. |

| | |
|---|----------|
| Toletanum, Can. 8. | An. 694. |
| Bergamstedense, Can. 28. | 697. |
| <i>Aquileiense contra damnationem 3. Capitul.</i> | 698. |

SECULO VIII.

| | |
|--|--------------|
| Romanum absolvit Wilfridum, non confirm. Can. Trullanos. | 709. |
| Leodiense, Can. 10. | 710. |
| Constantinopolitana pro et contra Generale VI. | 712. |
| Romanum, Can. 17. | 721. |
| Romana 3. in causa Imaginum. | 726-730-731. |
| Germanicum, Can. 7. | 742. |
| Liptinense, Can. 4. cum Indic. superstitionum. | 743. |
| Romanum, Can. 15. | <i>eod.</i> |
| Suessionense, Can. 10. | 744. |
| Germanicum damnat Aldebertum et Clementem. | 745. |
| Romanum damnat eosdem et prioris scripta. | 745. |
| Germanicum, statuta 35. S. Bonifacii. | 747. |
| Cloveshoviense, Can. 30. | <i>eod.</i> |
| Vermeriense, Can. 21. | 752. |
| Metense, Can. 8. | 753. |
| <i>Constantinopolitanum contra cultum Imaginum.</i> | 754. |
| Verniense, Can. 25. | 755. |
| Compendiense, Can. 17. | 756. |
| Atiniacense, pactum precum pro defunctis. | 763. |
| Gentiliacense de Processione Spir. S. et cultu Imag. | 767. |
| Romanum contra Iconomachos et violatores Sedis Rom. | 769. |
| Dingeltingense, Can. 17. | 772. |
| Antiochenum pro cultu Imaginum. | 781. |
| Calchutense, Can. 20. | 787. |
| Nicænum II. OECUMENICUM VII. | 787. |
| Constantinopolitanum ab Iconoclastis disruptum. | 789. |
| Forojuliense, Symbolum., Can. 14. | 791. |
| Narbonense pro filiatione Dei naturali. | <i>eod.</i> |
| Ratisbonense, pro eadem. | 792. |
| Francfordiense pro eadem contra Felicem. | 794. |
| Finchallense recipit CC. gen. 5., decr. de Paschate. | 798. |
| Becanceldense, Can. de Ecclesiast. immunitate. | <i>eod.</i> |
| Romanum damnat Felicis hæresin et epistolas. | 799. |
| Aquisgranense, Felicem resipiscentem recipit. | <i>eod.</i> |
| Cloveshoviense Profess. fidei, contra usurpatores. | 800. |
| Plura pro capitularibus Franc. hoc et seq. seculo. | |
| SECULO IX. | |
| Ratisbonense de Chorepiscopis. | 803. |
| Cloveshoviense renovat anath. cont. usurpatores. | <i>eod.</i> |
| Salisburgense de decimis. | 807. |
| Aquisgranense de Processione Spiritus S. | 809. |